

Andree donati de pasqua. ac Rogerii de palma de monte viridi. Verum igitur Idem Bartholomeus preter predictum terminum diutius expectat . . . eo coram nobis per se vel per alium comparere curavit. nec exceptiones aliquas proposuit quare non teneretur parere sentencie supradicte nec . . . satisfecit Episcopo. et Capitulo Memoratis. set contumaciter . . . sententiam sustinebat animo indurito. dicto Episcopo instancia ut fortius contra ipsum . . . contumacia . . . debet et pena. Die. X^o decembris III^e Indictionis . . . comunicatum fecimus nuntiare puplice et die sequenti per . . . sedentes. terras petre palumbe. et Cayrani sue Iurisdictioni subiectas ad presens propter eius contumaciam ecclesiastico subposuit . . . interdicti sententiam ferentes in scriptis. Porro. quia excommunicati aut qui denunciati fuerint ab hominibus non evitantur. Nos universis prelatis. et clericis scripsimus in hec verba. Universis [ecclesi]arum prelatis. decanis. prepositis. Archidiaconis. Archipresbiteris. ac omnibus ecclesiarum rectoribus. in Regno Sicilie constitutis. Sinibaldus Miseratione divina Melfiensis Episcopis salutem in salutis auctore. Noveritis nos a domino legato recepisse licteras in hac forma. Venerabili in christo patri et c. B. et c. ut supra. Verum quia idem Bartholomeus per nos legitime requisitus et mon . . . ut predicte sententie pateret. et predictis Episcopo et Capitulo Integraliter satisfacerent de predictis preteritis decimis et expensis. moniciones. et mandata nostra ducens contumaciter penitus in conte . . . , in nullo voluit obedire. nec coram nobis aliquas exemptiones proposuit propter quas posset de Iure dicte sententie execucio retardari. set quia nichil prodesset sentencia humilibus si contumacibus contumacia non obesset. Nos ipsum in scriptis excommunicamus sua contumacia exigente. et ipsum fecimus excommunicatum puplice nunciari. terrasque sue Iurisdictioni subiectas. videlicet petram palumbam. et Cayrarum . . .